

- (566) 'aut ignibus aegra dedere.
iamque adeo super unus eram, cum limina Vestae
servantem et tacitam secreta in sede latentem
Tyndarida aspicio; dant clara incendia lucem
- (570) erranti passimque oculos per cuncta ferenti. 45
illa sibi infestos eversa ob Pergama Teucros
et Danaum poenam et deserti coniugis iras
praemetuens. Troiae et patriae communis erinys,
abdiderat sese atque aris invisā sedebat
- (575) exarsere ignes animo; subit ira cadentem 50
ulcisci patriam et sceleratas sumere poenas.
'scilicet haec Spartam incolumis patriasque Mycenae
aspicet, partoque ibit regina triumpho,
coniugiumque domumque patres natosque videbit,
- (580) Iliadum turba et Phrygiis comitata ministris? 55
occiderit ferro Priamus? Troia arserit igni?